



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Duplex in iudicijs personarum species.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

do & cognoscendo eo ipso, quod in eum ordinem sunt adsciti, & delegatam in definiendo.

ANNOTATIONES.

A B horum.) quod * a sententia arbitrorum non appelletur, rationem tradunt scribentes in l. 2. ff. de arbit. & in ca. per tuas, eod. titu. qui * ex ipsa sententia neque actio, neque exceptio oritur, sed ei metipsum paremus, quod tamen semper perpetuum non est. Fingimus sententiam tacite, vel expresse emologatam fuisse, tunc certe imposita fuerit pena, siue non, ex ipsa tamen sententia de iure Pontificio actio oritur, ut Alex. scribit in l. 1. pretor, num. 3. ff. de re in qui hanc opinionem communiter inter interpretes esse affirmat, ubi etiam las. num. 12. Nicolaus Anton. Grauius.

Com.
opi.

b
7

Quo secundum.) Cas. reo iure arbitrio * iurcirando firmari prohibitum est, auct. decernimus, C. de arb. vel aliter iure Pontificio canetur, quod quidem hac in re ipsi nulli praeualeat, veluti Bald. ac ceteri in d. auct. asserunt, Abb. in c. 2. de arb.

c

Tamet si.) Adde Specul. in titul. de offic. ordinar. §. 1. ver. ordinarius, ubi Bald. & in tit. de iud. deleg. §. 1. nunc. Vant. quoque in tract. de null. ex def. iurisd. deleg. §. 6. & sequentibus, qui assatim loquuntur. Nicolaus Anton. Grauius.

Duplex in iudicijs personarum species.

CAP. IIII.

SUMMARIVM.

- 1 Coniunctus pro coniuncto admittitur in profanu sine mandato, secus tamen in spirituali.
- 2 Rescripta ad lites absque speciali mandato, valide pro alio impetrantur ex communi usu.
- 3 Procurator in Rom. cu. pro principali absenti ad soluendas expensas regesti obligatur.

* Clar.

- 4 Clerici in Ro. cur. contra iuris regulas, advoca-
tionis & procurationis munus exercent.
- 5 Coniunctus pro coniuncto et si admittatur, non
tamen ante litem contestatam procuratorem
constituere potest.
- 6 Coniunctus non admittitur pro coniuncto in cau-
sis speciale mandatum requirentibus.
- 7 Coniunctus pro coniuncto in decem & septem
casibus absque mandato non admittitur, remissi-
ue tamen.
- 8 Procurator pro expensis factis pro suo principa-
li potest ipsius scripturas loco pignoris retinere,
non autem pro salario. idem in iudice, & aduo-
cato.

Persona duplex est in iudicijs personarum
species, alia necessaria, & alia utilis. Ne-
cessaria, sine qua iudicium consistere non
potest, utpote iudex, actor & reus. Utilis, sine
quibus iudicium consisteret, si tamen adhibean-
tur, faciliorem reddunt iudiciorum exitum, ut-
pote aduocati & procuratores. Admittuntur ta-
men in iudicijs Rom. Cur. & repelluntur perso-
nae secundum ius commune, de quibus latius a-
pud Spec. legere licebit, titulis de actore & reo,
ac pluribus sequentibus. Pleraque tamen in ip-
sa praxi & contingentia facti decisa sunt in sa-
cro Rotæ auditorio, quæ personas concernunt,
utpote, a quod * licet in causis prophanis con-
iunctus pro coniuncto audiatur sine mandato
hominis, & cum sola cautione de rato ad text. in
l. sed hæ personæ, ff. de procura. in princ. l. ita ta-
men, ff. iudi. sol. adnota. in c. r. de procur. & in c.
nonnulli, & in c. ex parte de rescrip. per Inno. in
c. quæ.

- b** c, quærelam, de electio. Sicus **b** tamen seruatum est in beneficialibus, & alijs spiritualibus causis, in quibus non auditur quis, tanquam coniuncta persona sine mandato. Rota decis. 42. in causa de procur. in no. Imò nec etiam volenti cauere de rato daretur decretum citationis ad partem. Aegid. conclu. 682. in causis de procur. Et ratio potuit esse, quia cōiuncta persona agit, vel defendit ex generali mandato legis, quod satis nō est ubi desideratur speciale, Rota decis. 42. in no.
- 2** Amplius * seruatum est quoque, ut absq; speciali mandato, & aliquo poenæ incurfu, quis alio nomine valide impetret rescripta ad lites, contra text. in cap. nonnulli de rescrip. Cassa. decis. 1. de procu. nume. 4. Et **b** ratio potuit esse, quia
- c** procurator in Romana curia, pro principali assente, ad soluendas expensas registri obligatur. Cassa. d. decis. 1. de procu. nume. 2. Rot. decis. 1. de procu. in no. & propter labores, dispendia, & obligationem huiusmodi, quæ quis impetrando alieno nomine subit, non præsumitur impetrare sine scitu domini, Cassa. decis. 1. de procu. Ceterum * ex tolerantia Pont. seruatum est, ut clerici in Romana Curia aduocationis, & procurationis publica munera exerceant, contra iur. regulas.

ANNOTATIONES.

- 2** **Q**uod licet. Et si admittatur * coniunctus personæ in profanis, ut hic, non tamen procurator ante litem contestatam constituere potest, docent hoc doctores. præsertim Ant. ab Alex. & Ias. in l. quis in 7. fall. C. de procur. Rot. deci. 677. nota, quod coniuncta persona, & dec. 731. nota quod si aliquis in antiquis iuribus decis. 240. si committatur, in no. Nec * etiam lo-

eum sibi vendicat, vt coniunctus pro coniuncto in iudicio cōpareat in his, quæ specificum mandatum requirunt, ea etenim eos pertrahere (ni speciale mandatū ostenderet) leges prohibent, l. patri pro filio, & l. illud, §. 1. ff. de minor. traditur per Soc. consl. 120. cū in presenti, in 2. dub. lib. 1. & Ias. in l. exigendi, in 4. fall. numero 9. C. de procur. apud quos non paucas videbis limitationes (sic enim nostri appellant) in quibus coniunctus pro coniuncto absque mandato non admittitur, quas referre superuacaneum esse duxi, cū habeas, quod recurras. Ias. namque ibi decem & septem coaceruauit limit. Poteris etiam videre Guid. Pa. decisio. 526. exquutio. Ripam in cap. cū M. F. numero 60. de const. Recentiores in cap. nonnulli, §. sunt & alij de rescript. & Cassa. decisio. 40. numero 5 super regul. Cancell. vbi limitat in beneficialibus, & quod de coniuncta persona dicitur, ea vt possit absque mandato agere, cum cautione tamen de rato: idem est in litis consorte, l. 2. C. de consort. tradunt Felin. & Ripa in cap. cū M. Fer. de constit. ille numer. 8. hic autem, 53. vbi hoc quinque modis limitant, eos ergo legas, necnon & Bello. 26. numero 5. cum sequen. qui pulchrè loquitur.

Secus tamen.) Vide ad hoc Docto. præsertim Ias. in dict. l. exigendi, in 5. Fallen. & Rotam decisio. 420. §. sed vtrum in no.

Et ratio.) Adde Mil. in verbo Procurator, §. procurator constitutus ad causam. Verū procurator, qui pro suo principali expensas pro actis confectis soluit, ipsius scripturas pignoris loco, erogatis pro sumptibus recuperandis retinere potest, non tamen pro suo salario. Idemque in iudice, & aduocato iure cautum est, vt Boerius attestatur decis. 15. num. seq. Nic. Ant. Graua.